# CONSPECTUS
# FORMULARUM
# MEDICARUM

*EXHIBENS*

## TABULIS XVI.

Tam Methodum Rationalem, quam remediorum Specimina,

EX PRAXI STAHLLIANA
POTISSIMUM DESUMPTA,

Et Therapejæ Generali accommodata.

*AUCTORE*

D. JOANNE JUNCKERO,

Medicinæ Practico Orphanotrophæi Halenſis.

VENETIIS,
MDCCLXXVI.

Apud Franciſcum ex Nicolao Pezzana.
*SUPERIORUM PERMISSU.*

# LECTORI BENEVOLO

## FELICITATEM.

AB eo tempore, quo Conſpectum Medicinę Theoretico-Practicum publici juris fecimus, multi amicorum monuerunt, ut breviores remediorum formulæ conſcriberentur, atque opuſculo illi, per ſingulas morborum ſpecies adjungerentur. Putarunt enim, perpaucos artis medicæ tyrones ea potiri facultate, ut remedia ſimplicia in illo conſpectu a nobis commendata, dextre, & adamuſſim componere poſſint.

At horum tamen deſideriis, primum fatales illos expoſuimus abuſus, quibus formulæ medicæ per tot ſæculorum decurſus fuerunt expoſitæ, & quod ſatius eſſet, plebejæ illi, noxiæ, & calamitoſæ empeiriæ ſubtrahere, quam quidem ſuppeditare nutrimentum. Verum enimvero id nobis reſponſi datum eſt: empeiriam adeo invaluiſſe, ut, ſi vel maxime formulas communicare recuſaremus, illam nihilo tamen minus talem, hoc eſt probroſam arti medicæ, fortaſſe manſuram. Spem præter ea fecerunt, haſce remediorum compoſitiones avertere quodammodo poſſe ſontica illa damna, quæ a noxiis formulis, quarum fere innumeræ per orbem oberrent, certiſſime inferuntur. Quæ ratio, quamquam eo animum flectere non potuerit, ut, quum ſecunda vice Conſpectus Medicinæ
ſub

ſub prælo ſudaret, formulas ſpeciales ſingulis morbis apponeremus; id tamen effecerunt, ut methodum rationalem conſcribere, formulis eamdem illuſtrare, atque Therapejæ Generali, quæ, DEO juvante, typis mox exſcribetur, eam accommodare decerneremus. Atque hęc plurimorum teſtium inſtar eſſe poſſunt, animum noſtrum non fuiſſe, ut hę formulę ſimpliciter retinerentur, & in uſum practicum aſſervarentur; cui enim uſui tanta remediorum multitudo, quum longe pauciora ſufficere poſſunt? Quare, eo tantum mens noſtra tendit, ut hiſce exemplis, qualibuſcumque monſtretur via, qua formulæ per omnes, ut dicunt, locos communes Therapejæ GENERALIS, ſint conſcribendę, imitandę, & applicandę. Ceterum, minime diſſimulamus, quod vel ex his bona fe-

li-

licitate fieri poſſit ſelectus, cujus ope morbo adfectis conſulere, & officio medico ſatisfacere queamus. Vale. Dab. Halę Magd. die 17. Martii Ann. 1723.

# SERIES TABULARUM

## TABULA I.

DE Formulis Præſcribendis in Genere.
TAB. II. De Pulveribus.
TAB. III. De Pilulis.
TAB. IV. De Bolis.
Tab. V. De Electuariis.
TAB. XI. De Trochiſcis.
TAB. VII. De Rotulis.
TAB. VIII. De Morſulis, ſeu Tabulis.
TAB. IX. De Mixturis concentratis.
TAB. X. De Potionibus.
TAB. XI. De Julepis.
TAB. XII. De Emulſionibus.
TAB. XIII. De Infuſis.
TAB. XIV. De Decoctis.
TAB. XV. De Balneis.
TAB. XVI. De Topicis, ſeu Epithematibus.

Ubi occurrunt

1, Fomenta ſeu fotus.
2. Cataplaſmata.

3. Em-

3. Emplaſtra.
4. Linimenta.
5. Unguenta.
6. Balſama.
7. Collyria.
8. Suppoſitoria.

# TABULA I.

# DE FORMULIS

## PRÆSCRIBENDIS IN GENERE.

*I. DEFINITIO.*

PRæſcriptio formularum, eſt pars Medicinæ practicæ, quæ remedia ſelecta, probata, & convenientia, pro morborum, ſexus, ætatis, aliarumque circumſtantiarum ratione, prudenter combinare, & debita methodo ordinare, docet.

*II. SUBJECTA.*

1. Sunt omnia illa remedia, quæ morbis, & illorum ſymptomatibus opponuntur, ſeu; uti Medici loquuntur, *materia medica*, ex triplici regno deſumpta.
2. De hac materia medica, in Therapeja generali fuſius dictum eſt. Hinc, non opus erit, illam hic repetere, atque hunc tractatum præter neceſſitatem augere; cum primis, quia ſequente membro, quo de doſibus agitur, multa, tam ſimplicia, quam compoſita, repetenda veniunt.

*III. PARTES.*

Medicamentorum præſcriptio, involvit quatuor partes, ſic dictas, cardinales. nempe *baſin*, *adjuvantem*, *corrigentem*, & *conſtituentem*.

A. *Baſis*, eſt pars principalis, & primarium formularum medicamentum, quod intentioni Medici ſatis-

facit, &, tanquam *indicatum*, *indicanti* e diametro opponitur. De hac baſi, ſequentia notentur.

1. Baſis, modo unicum medicamentum conſtituit, & tum *ſimplex* vocatur; modo plura continet, quo caſu *compoſita* audit.
2. Excludenda tamen eſt *multitudo* remediorum, baſin conſtituentium. Nimia enim hæcce farrago, non tantum Pharmacopœis moleſta eſt, & quæcunque alia ſubſtituendi anſam illis præbet; ſed &, quia diverſi ſapores, & dolores hac ratione cumulantur, ægrotis nauſeoſa evadit. Præter ea, Medicus non facile finem ſuum obtinet, dum tot heterogenearum partium ingredientia ſe invicem deſtruunt, & longe alium effectum, quam qui reſpicitur, cauſant.
3. Baſis, tamquam pars principalis, reliquas minus principales partes *doſis qualitatis*, non ſemper autem *quantitatis*, debet *ſuperare*.

B. *Adjuvans* dicitur, quod baſin adjuvat, atque illius defectum ſupplet. Fic hoc

1. vel *ſtimulando*; e. g. quando reſina jalappæ, vel ſcammonei, laxanti cuidam remedio, quod in operatione ſua ſegnius eſt, ſtimuli loco additur, ut virtus principalis, nempe purgatio, augeatur.
2. vel *præparando*, atque effectum baſeos facilitando; v. g. quando purgantibus, quæ per ſe ſatis efficaciter evacuant, ſalia præparantia, & digeſtiva miſcentur, ut materia movenda, mobilis reddatur.

C. *Corrigens*, quod reſpicit

2. vel *ſaporem* nauſeoſum. Hic autem per talia remedia corrigendus eſt, quæ operationem non impediunt, ſed aliquo potius modo eamdem promovent. Sunt ejuſdem cenſus ſyrupi, emulſiones, ſaccharum.
2. vel *qualitatem* medicamenti *noxiam*. Hujus modi corrigentia, purgantibus potiſſimum addun-

tur,

tur, ut draſtica illorum efficacia per illa infringatur, de qua re in Therapia generali tabulis de *emeſi*, & *catharſi* paſſim dicetur.

3. *Opiata* autem, & quæ alia opus habent tali correctione, in officinis parata ut plurimum proſtant.

4. Corrigitur noxia qualitas
   1) modo *invertendo*, & *immutando* medicamenti texturam, & disjungendo particulas ſumme agiles a cohaeſione ſua: ſic v. g. ſalina corrigunt purgantia.
   2) modo *viſcera defendendo*, & *roborando*, ut noxae, a medicamento tali metuendæ, avertantur. Sic e. g. aromata, & alia carminativa, purgantibus addita, ventriculum roborant, & flatus, in primis viis excitatos, diſcutiunt.

D. *Conſtituens* vocatur etiam *excipiens*, quia *baſin*, *adjuvans*, & *corrigens* excipit, atque formam medicamenti conſtituit. De hoc, ſequentia notentur.

1. Excipiens, ſemper ſit proportionatum ad baſeos *quantitatem*, & *qualitatem* excipiendam:
   1) *Quantitatem* quidem, ut eo commodius miſceri poſſint, & medicamentum in juſtam formam redigi queat, e. g. ad *bolum* formandum, ſufficiens quantitas excipientis conſervæ, vel ſyrupi, præſcribenda eſt. Sic potiunculæ, & decocta, ſufficientem portionem aquæ, vel deſtillatæ, vel ſimplicis, expoſcunt.
   2) *Qualitatem* autem, ut excipiens cum natura excipiendorum conveniat. Sin v. g. virtus purgans ſennæ, mediante menſtruo *aquoſo*; *jalappæ* autem, cum *ſpirituoſo*, excipienda eſt.

2. Quando autem excipiens, & excipienda diſparis ſunt naturæ, mediante quodam uniente conjungantur, neceſſe eſt. Sic e. g. oleum terebinthinæ, balſamum Peruvianum, mediante vitello ovi, cum liquoribus aquoſis uniuntur.

3. Excipientia, majori ſemper doſi, quam excipienda, ſunt præſcribenda.

E. veteres quatuor hiſce formularum partibus, *quintam* partem addebant, quæ *dirigens* ab illis vocabatur, qua reliqua remedia ingredientia, & illorum effectum, ad certas, atque definitas corporis regiones dirigere debebat. Hoc dirigens, a recentioribus parvi quidem penditur; nihilo tamen minus locum habere poteſt in purgantibus, per *epicraſin* operantibus, e. g. quando in morbis capitis remedia cephalica, in uterinis hyſterica cum purgantibus miſcentur.

*IV. DOSIS.*

Notanda hic occurrunt.

1. *Pondera*, quorum quinque hodie introducta ſunt,
   1) *Libra Medica*. ℔ quæ differt a civili; nam 12. uncias tantum continet. Hæc autem differentia, in nonnullis regionibus accurate non obſervatur. Quando enim in formulis liquidis ℔j. ordinamus, vel ſpeciebus infundendis menſuram definitam adjicimus, e. g. Species infundenda ℔iij. aquæ, tum libræ medicæ raro attenduntur.
   2) *Uncia* ℥. quæ dividitur in octo drachmas.
   3) *Drachma*. ʒ. quæ tres habet ſcrupulos.
   4) *Scrupulus* ℈. qui viginti habet grana.
   5) *Granum*. gr. quod pondere ſuo ad granum hordei circiter accedit.

   De his omnibus, ſequentia notentur.
   a) Quando pondus aliquod determinandum eſt, tum numeri Romani adhibentur. v. g. ℔ iv. ℥ vj. ʒ iij. ℈ ij. gr. xvi.
   b) Nonnunquam hæc pondera dividuntur; & tunc ſignum ß, quod ſemis ſignificat; apponitur. v. g. ℔ß. ℥ß. ℈ß. gr. ß.
   c) Non ſolemus præſcribere ℈ j. ß. ſed ʒ ß. neque ʒiv. ſed ℥ß.

   Nonnulli *alii modi*, quibus medicamentorum quan-

quantitas ſolet determinari, e. g.

1) *Manipuli*, quibus herbæ ſiccæ præſcribuntur, e. g. Mj. i. e quantum manu comprehendere poſſumus.

2) *Pugilli*, quibus flores præſcribi ſolent; v. g. P. j. i. e. quantum digitorum extremitatibus adductis capere valemus.

3) *Numeri*, quibus fructus præſcribimus, e. g. caricar. N. IV.

4) Liquida nonnulla, præcipue olea deſtillata, *guttis* tantum præſcribuntur; e. g. oleum lavendul. gutt. iij. cinnam. gutt. j.

5) Nonnumquam Pharmacopœi arbitrio relinquimus, ut quantitatem, ſeu portionem medicamenti dijudicet, adjectis ſignis *q. s.* i. e. *quantum ſatis, quantum ſufficit.*

3. *Doſis generalis*, reſpectu diverſarum *ætatum*.

1) Ut conſtet ſummatim, qua doſi remedia, tam cruda, quam præparata, ſumi debeant, ob differentem ætatis rationem, omnia in ſequentem tabulam memoriæ cauſa diſponere placet. Sit v. g.

Pro adulto - - - - - ℥j. ſic erunt

| | | | |
|---|---|---|---|
| - Juvene ann. XIV - XXI | duæ tertiæ | $\frac{2}{3}$ | ℈ij. |
| - Adoleſcente - - VII - XIV. | dimidiæ | $\frac{1}{2}$ | ℥ß. |
| - Puero - - - - IV - VII. | tertia | $\frac{1}{3}$ | ℈j. |
| - Infante - IV - - | quarta | $\frac{1}{4}$ | gr. XV. |
| ——— III - - | ſexta | $\frac{1}{6}$ | ℈ß. |
| ——— II - - | octava | $\frac{1}{8}$ | gr. VIII. |
| ——— II. | duodecima | $\frac{1}{12}$ | gr. V. |

2) Notandum porro, quod ſubjectorum diverſa conſtitutio hanc doſium proportionem augere, vel minuere poſſit: e. g. dantur robuſti adoleſcentes, qui majorem doſin, quam infirmi adulti, perferre poſſunt.

4 *Doſis ſpecialis emeticorum*

) *regni vegetabilis*, in quo occurrunt,

a) *Radices*

1) *Aſari* ʒß - ʒj. decocti ejus ℥j - ℥ij.

2) *Ellebori* albi, cujus extractum ad ℈j. exhibetur.

3) *Ipecauanhæ* ℈j - ʒß.

4) *Squillæ*, cujus oxymel infantibus ad ℈j. præſcribitur.

b) *Folia*

1) *Gratiolæ* ℈j - ℈ij.

2) *Nicotianæ*, cujus decoctum a ʒj - ℥ß. ſumendum.

3) *Sedi vermicularis* ʒß. decocti ejus ℥ ij.

4) *Sambuci*, & *ebuli* folia prima, juli dicta; decocti illorum aliquot unciæ propinantur.

c) *Flores*

1) *Jaceæ*, &

2) *Perſicæ*, quorum ſyrupos infantibus ad ℈j. præſcribimus.

2) *Regni mineralis*

a) *Ex antimonio*

1) *Reguli* Antim. medicinalis ℈j.

2) *Florum* Antim. gr. IV.

3) Sulph. Antim. gr. IV. VI.

4) *Vitri* Antim. gr. VI. VIII.

5) *Croci* metallorum *Rulandi* gr. VI. VIII.

6) *Aquæ benedictæ Rulandi* ℥ß. ℥j.

7) *Oxyſachari* emetici *Angeli Salæ* ʒij - ℥ß.

8) ——————— *Ludovici* ʒij - ℥ß.

9) *Syrupi rubi* Idæi emetici ʒj - ʒij.

10) *Sapæ vomitoriæ Sylvii* ʒij - ℥ß.

11) *Tar-*

11) *Tartar. emetici* gr. III. IV.
12) *Mercur. vitæ* (ex butyro antimonii, & aqua confecti) gr. III.
13) *Roſæ* mineralis *Angeli Salæ*, eadem doſis.
14) *Infuſorum* Antimoniat. quorumcunque nominatorum ℥ j.

b) *Ex Mercurio*
1) *Mercur. præcipitati* rubri, ſeu arcani corallini gr. IV - V.
2) *Turpethi mineralis* gr. III. - VI.
3) *Mercur. præcipitati* albi ) hæc ad pauca
4) *Auri vitæ Kegleri* ) grana.

c) *Ex vitriolo.*
1) *Vitrioli albi* depurati ʒ ß.
2) *Gillæ Paracelſi* ℈ij - ʒj.
3) *Salis* vitrioli ℈j.
4) *Mannæ* vitriol.
5) *Cryſtalli* lunæ gr. IV.

5. *Doſis ſpecialis purgantium*

1) *Regni vegetabilis*
a) Acaciæ florum infuſi ℥ j.
b) Agarici ʒj - ʒij. infuſi, & extracti ʒß.
c) Aloes. gr. II. III. ℈j.
d) Bryoniæ ʒij. infuſi ℥ij. ſucci ℥j.
e) Carthami ſeminis ʒij.
f) Caſſiæ fiſtulæ ʒij - ʒj. in decocto.
g) Cataputiæ gr. VI.
h) Centaur. minor extracti ℈j - ℈ß.
i) Colocynthidis ℈ß. extract. ejus gr. IV - VI.
k) Cyclaminis ſucci ℥ß. ℥j.
l) Ebuli radicis ʒij. extracti ʒj.
m) Elaterii. gr. II. ℈ß.
n) Ellebori nigr. gr. III. IV.
o) Epithymi infuſi ℥j. ℥ij.
p) Eſulæ extracti. gr. II. III.
q) Gratiolæ herbæ infuſi ℥ß.

r) Gummi guttæ gr. v - ℈ ß.
s) Hermodactyl. radic. ʒ ij. extract. ʒ j.
t) Jalappæ ℈ j - ʒ ß. reſinæ ejus gr. v.
u) Iridis Florent. ℈ ß. gr. II. IV. pro infantibus.
x) Iridis noſtratis radicis ʒ j. infantibus gr. II. III.
y) Matalliſtæ ——
z) Mechoacannæ ℈ j. ℈ ij infuſi ℥ ß.
aa) Mannæ ℥ j. ℥ ij.
bb) Mezeri ſ. laureolæ ——
cc) Myrobalanorum ℥ ß ℥ j.
dd) Perſicarum florum conſervæ ʒ j. pro infantibus
ee) Polypodii radicis infuſi ℥ ij.
ff) Pſillii ſemen ——
gg) Rhabarbari ʒ ß. ʒ j. extracti ℈ j - ʒ ß.
hh) —— Monachorum ℥ ß.
ii) Rhamni ſolutivi, ſeu ſyrupi domeſtici ℥ ß. ℥ j.
kk) Ricini Americani, ſeu granorum tilli ----
ll) vulgaris ——
mm) Roſarum pallidarum ſyrupi ʒ j. ß. ʒ ij.
nn) Soldanellæ ——
oo) Scammonei gr. xv. ℈ j.
pp) Sennæ foliorum infuſi ℥ j. extracti ʒ ß.
qq) Squillæ oxymellis ℥ j. pro infantibus.
rr) Tamarindorum decocti ℥ j - ℥ ij.
ss) Turpethi vegetabilis ʒ ß. reſinæ ejus. ℈ ß. gr. xv.
tt) Terebinthinæ ℥ ß.

2) *Regni Mineralis.*

a) Auri fulminantis gr. I - VIII.
b) Lapidis Armeni ——
c) —— lazuli ——
d) Magneſiæ albæ ʒ j. ℥ ß.
e) Mercurii dulcis ℈ ß. ℈ j.

f) Ni-

f) Nitri ℈j. ℈ij.
g) Salis Anglic. ℈iij. ʒß.
h) Tartareorum ℈j. ℈ij.

4. *Doſis ſpecialis alterantium*, tam ſimplicium, quam compoſitorum. Hanc exhibet ſequens ordo alphabeticus; de quo tamen notandum, quod multa ſuperflua, immo nonnulla inutilia eſſe, cenſeamus.

1) *Aceta*, e.g.
Acetum bezoardicum.
——— roſarum.
——— theriacale.
——— prophylacticum *Sylvii*, *Vveickardi*,
——— ſcylliticum, &c.
Hæc, pro *interno*, uſu cum aquis deſtillatis diaphoreticis, & alexipharmacis, ad ʒß. pro *externo* autem, in epithematibus, majori doſi præſcribuntur.

2) *Aquæ deſtillatæ*
a) *Simplices*, e.g. florum acaciæ, borraginis, bugloſſæ, cardui benedicti, centaur. minor. cichor. meliſſæ, ſcordii, &c. Hæc, ab ʒj. ʒiij. pro doſi præſcribuntur; in potiunculis autem, ʒij. ab aliis ʒiv. ʒvj. ordinantur.
b) *Spirituoſæ*, e.g. aſthmaticæ, Anhaltinæ, carminativ. cinnamom. cum vino cydoniorum cordialis, Reginæ Hungariæ, meliſſæ vinoſæ. Hae, a ℈ij-ʒj. præſcribuntur.

3) *Condita*, e.g.
Conditum calami aromatic.
——— carnis citri
——— corticum citri
nucis Indicæ
——— zingiberis
Horum doſis, ℈j. vel ℈ij.involvit. In bolis autem,

tem, & *electuariis*, in quibus pro pluribus doſibus ordinatur, ℥j. præſcribitur.

4) *Conſervæ*, e.g.

Conſervæ acetoſæ
——— anthos
——— citri cum pulpa
——— meliſſæ
——— menthæ
——— roſarum.

Hæ, in bolis ad ʒj. in *electuariis* autem, ad ℥j. præſcribuntur.

5) *Cortices*, e.g.

Cort. aurant.
—— cappar.
—— chin. chin.
—— citr.
—— guajac.
—— tamariſc.

Horum doſis, eſt ʒß. in *infuſis* autem, & coctis, ʒj.ß.

6) *Electuaria*, e.g.

Elect diacori, confectio alkerm. completa, & incompleta, diacitri, diaſcoredi *Fracaſtorii*, de hyacintho, mithridatii, theriacæ, horum doſis, eſt ʒj. ʒj.ß.

In *clyſteribus* autem, electuarium de baccis lauri, benedicti laxativi, diacolocinthidos, confectionis *Hamech*, hieræ pieræ, diaprunorum ſolutivorum, ab ℥ß. ℥j. præſcribuntur.

7) *Elixiria*, e.g.

Elixir propr. *Paracelſi.* uterin. viſceral. Hæc, a gutt. 30. 50. propinantur.

8) *Eſſentiæ*, e.g.

abſint. gutt. xl. l.
myrrh. } gutt. xx. xxx.
ſuccin. }

am-

ambræ<br>caſtorei<br>opii } gutt. x-xv.

9) *Extracta*, e. g.

abſint.<br>acor.<br>Cent. min.<br>cochlear.<br>enul.<br>fumar.<br>gentian. rubr.<br>tormentill. } Doſis ℈ß-℈j. in forma pullularum.

croci<br>theriacæ cæleſt.<br>laudani oppiati } gr. III-V.

10 *Fæculæ*

ari<br>bryoniæ } gr. xv-℈j.

11 *Flores*

acac. anth. Aurant, bellid. borrag. bugloſſ. chamæmel. lavend. liliot. alb. melilot. papaver. errat. tunic. verbaſc. violar. doſis P. I. ij. vel Mß.

Flores benzoes gr. iv. ℈ß.

antiman. gr. xij. quæ in vini ℥ ij. per 12. horas infunduntur.

ſalis armoniac.

ſulphuris gr. v. ℈ß.

12) *Fructus*, e. g.

caricarum, dactylorum, prunorum, ſebeſt. Num. ij-iv. in decocto paſſul. min. jujubarum, tamarind. ʒ ß-ʒ ij. in decocto.

13) *Gummata*, e. g.

ammoniac. carannæ, galbani, hederæ, juniperi. Hæc in vino, vel alio appropriato liquore ſoluta, & in pilulas redacta, ad ℈ j. præſcribuntur.

14) *Her-*

14) *Herbæ*, e. g.

abſinth. card. bened. centaur. min. hyſſop. meliſſ. menth. criſp. millefol. pulmonar. ſalv. ſcabioſ. veronic. virg. aur. M ß. M j. ij. in infuſo, & decocto.

*Quatuor emollientes*, nempe

| | |
|---|---|
| althææ<br>betæ<br>malvæ<br>violarum | M ß. in clyſteribus, in balneis M. ij. & plures. |

cochleariæ, bellid. chærefol. naſturt. petroſel. pimpinell. Hæ, recentes, in juſculis comeduntur, & proportionate ordinantur.

15) *Julepi*, e. g.

gemmati completi ʒ ij. ℥ ß.
——— incompleti ʒ ij. ℥ ß.
roſarum ℥ ß-℥ j.
violarum ℥ ß. ℥ j.

16) *Lapides*, e. g.

| | |
|---|---|
| Lap. bezoard. orient. gr. iv.-℈ ß.<br>——— occident. ℈ ß. ℈ j.<br>—— pretioſ. fragm. gr. vj. ℈ ß. | in liquorib. & potiunculis. |

—— Cryſtall. mont. ʒ ß.
hæmatit. gr. xv. ℈ j.
—— cancror. ℈ j.
—— percar. ℈ j. ℈ ij.

17) *Ligna*, e.g.

Ligni aloes in pulver. ℈ ß. ℈ j.

| | |
|---|---|
| juniper.<br>guajac.<br>ſaſſafras.<br>ſandal. | ℥ ß. ℥ j. in decocto. |

rhodii ʒ ij. ad gratum odorem conciliandum in decoctis.

18) *Liquores*, e. g.

Liquor terræ foliat. tartar. gutt. xx. xxx.
nitri fixi gutt. xx. xxx

ol-

ol. tart. per deliquium gutt. xx. xxx.
Liquor CC.' ſuccinat. gutt. xij.

19) *Lohocb, linctus, eclegmata*, e.g.
Lohoch. ad aſthma,
de farfara s. tuſſilagine.
de pulmone vulpis,
ſanum, & expertum.
Doſis, quantum cultelli cuſpis capit; in electuar. autem ℥ j.

20) *Magiſteria.*
Horum loco, rectius pulveres, e quibus illa præparantur, præſcribuntur.

21) *Olea*

a) *Cocta, & expreſſa*, e.g.

Oleum amygd. amar.
dulc.
abſinth.
aneth.
chamæmel.
hyper.
lilior. alb.
lumbr. terr.
momordic.
nucl. perſic.
nymph.
ovor.
roſarum.
ſcorpion.
verbaſc.

Doſis eſt ℥ ß. in Linimentis autem, & unguent. a ℥ j. hæc olea præſcribuntur.

nucis moſchatæ, in linimentis, & balſamis, ℥ j.

b) *Deſtillata*, e.g.
abſinth.
aneth.
anis.
anthos.
carui.

caryo-

caryophyll.
cinnamom.
citri.
fœnicul.
lavendul.
macis.
maſtich.
majoran.
nucis moſchatæ,
tor. mat.
rutæ.
ſuccini.

Hæc olea, ex aromatibus parata, a guttis tribus ad ℈ß. Reliqua vero, a ℈ß-ʒß. & amplius, in balſamis, & linimentis præſcribuntur.

22) *Pilulæ*, e.g.
Pil. de aloe, roſata, & vitriolata.
de ammoniac.
angelic.
cephalic.
de ſuccino *Cratonis*

℈ß. ℈j.

23) *Pulveris*, e.g.
Pulv. bezoard. *Ludovici*.
*Vvedelii*.
cachectic. *Ludovici*.
*Quercetani*.
diſenteric. *Crollii*.
*Haly*, contra phthiſin.
Pannonic. rubr.
ſtomachic. *Birckmanni*.
ſtrumal.

gr. xv. ʒß.

24) *Radices*.
acori,
althææ,
5. aperientes, nempe apii, aſparagi, fœnicul. petroſel. ruſc.
ari,
biſtortæ,
chinæ,

con-

contrayerv.
dictamni alb.
gent rubr.
irid. Florent.
liquirit.
pimpinell. alb.
pœoniæ.
polypod.
ſarſaparill.
valerian.

Doſis ʒ ij. ʒ vj. in infuſis, nonnullae in pulvere, amuleti loco.

25) *Rob*, e. g.
berberum.
ceraſor. acid.
cynosbati,
ebuli,
juniperi,
ribium,
rubi idæi,
ſaniculæ.

ʒ j. ʒ ij. & amplius, præcipue in julep.

26) *Salia*.
1) *Fixa*, e. g.
ſal. abſinth.
cardui bened.
centaur. min.
geniſt.
tartari.

℈ j-ʒ ß.

2) *Volatilia*.
ſal. volat. CC.
ſuccin.
viper.

gr. iv. ℈ ß.

3) *Neutra*.
arcan. duplic.
tart. vitriolat.
ſal polychr.
tart. ſolub.
terra foliat. tart.

℈ j-℥ j.

27 *Semina*, e. g.

ſemin.

ſemin.calida maj. & min.
4. *major.* nempe
anis.
cardam.
cumin.
fœnicul.
4. *minor.*
ammios.
apii.
carui.
dauci.
4. frigidior.major. & min.
*major.* nempe
citrull.
cucumer.
cucurbit.
melonis.
*minor.* nempe
cichorei
endiv.
lactuc.
portulac.
cicer.
cinn. ſ. ſantonic.
coriandri præp.
citri,
lini,
fœnu græc.
galegæ,
hyoſciam.
papav. viol. ſinapios.

Interne, & externe, in emulſionibus, pulveribus, &c. uſurpantur. Hinc, etiam doſis quam maxime variat.

28) *Species.*
1) *cordial. temperantes.*
diambræ,
diamoſch.
contra apoplex.
de hyacinth.

dia-

| | |
|---|---|
| dia-cinnam.<br>imperatoriæ.<br>dia-ireos ſimpl.<br>diamarg. calid.<br>diarrhodon abbat.<br>tragea aromat. | Doſis a ℈ ß-ʒ ß. repetitis vicibus. |

2) *pro decoctis.*

| | |
|---|---|
| Spec. pro potu ordinar.<br>-pectoral.<br>-florum, & fructuum antifebr. | ʒ-℈ ij. ad menſur. unam liquoris. |
| carminativ.<br>emollientes<br>lenit. | in clyſterium man. I. ad ℔ I. liquoris. |

29 *Spiritus*, qui ſunt

1) *acidi*, v. g.
nitri
vitriol.
ſalis comm.
dos, gutt. v-viij. xij.
clyſſus ℈ ß-℈ j. gutt. x-xx.

| | |
|---|---|
| ſpirit. tart.<br>mannæ | gutt. xxx-xl. |
| nitr. dulc.<br>vitriol. dulc.<br>ſal. dulc. | gutt. x-xx. |

2) *urinoſi*, e. g.

| | |
|---|---|
| ſpir. ſal. armoniac.<br>c. c. quamvis hic proprie non ſit urinoſus<br>lumbr. terreſt.<br>urinæ | gutt. xv-xxx. |

3) *Fermentati*, e. g.
ſpir. cochlear.

| | |
|---|---|
| ſpirit. fragor, | |
| florum ſambuc. | |
| lilior. convall. | gutt. xxx-xl. |
| roſarum | |

4) ***Abſtracticii*, & *cum ſpir. vini parati***, e. g.

| | |
|---|---|
| ſpir. aniſi | |
| baccar. junip. | ʒ j-ʒ ß. |
| ceraſorum nigr. | |
| formicarum | |
| lavendul. | |
| liliorum convall. | |
| maſtichis | |

30) ***Succi inſpiſſati***, e. g.

| | |
|---|---|
| Succ. abſinth. | |
| acaciac. | |
| de agreſta | |
| berberum | |
| citr. | ʒ j-℥ ß. uti rob. |
| cydon. | |
| fragorum. | |
| granator. | |
| mororum. | |
| ribium. | |

31) ***Summitates herbarum.***

32) ***Syrupi***, e. g.

| | |
|---|---|
| Syr. acetoſæ, | |
| acetoſellæ, | |
| acetoſitat. citr. | |
| abſinth. | |
| althææ | |
| bellid. | |
| berberum. | |
| card. bened. | |
| ceraſor. acid. | |
| chamomill. | |
| cichor. c. rhabar. | |

cinna-

cinnamom.<br>
contrayerv.<br>
cort. aurant.<br>
 citri<br>
flor. acaciæ,<br>
 granat.<br>
heder. terreſt.<br>
papaver. errat.<br>
roſarum.<br>
ſcabioſ.<br>
de ſymphyto<br>
 *Fernelii*.<br>
violar.

℥ij-℥ß. & ℥ j. in potiunculis.

33) *Tabulæ, ſeu morſuli*, e. g.

Tab. diaireos ſimpl.<br>
 diamargar. frigid.<br>
 manus Chriſti ſimpl.<br>
 & perlatæ, ſeu ſacchari perlati.<br>
 imperat.<br>
 ex ſucco berberum<br>
  citri<br>
  violar.<br>
 contra vermes

ʒj-ʒß.

34) *Terræ, & iiſdem adfinia alcalina*, e. g.

Terra ſigillat. Siles.<br>
 rubr. & alb.<br>
 Lemnia<br>
 Japonic. ſeu catechu.<br>
 bolus armena.<br>
 chelæ, & oc. cancr.<br>
 CC. uſtum<br>
  philoſophic.<br>
 cranium humanum<br>
 corall. rubr. ppr.<br>
 cryſtall. mont.<br>
 croc. mart.

dens apri
hippopot.
mandibul. lucii piſc. ʒ ß-℈ ij.
matr. perlarum.
oſſ. ſæpiæ
unicorn. foſſile
uſtum
ungul. alc.

Antihecticum *Poterii*.
antimon. diaphoret.
bezoard. mineral. ℈ ß ℈ j.

35) *Tincturæ*, e.g.

Tincturæ antim.
aperitivæ *Mochii*
bezoard. *Vvedellii*
corallior.
cort. aurant. gutt. xxx-xl.
citr.
martis aperitiv. *Ludovici*.
ſal. tart.
ſulph.

36 *Trochiſci*, e.g.

Troch. bechici alb.
——— gryſei
——— nigr.
——— rub.
——— de Gall. moſch.
——— pectoral.
——— ſublinguales.

N.LXX. detinentur continue in ore, ut ſenſim liqueſcant, & deglutiantur, alias ab ℥ ß. ad ℥ j. præſcribuntur.

37) *Unguenta*, e.g.

Unguent. Ægyptiacum
ſimpl. & compoſit.
——— alabaſtrinum
——— ad ambuſta
——— album camph.
——— de althæa

ano-

| | | |
|---|---|---|
| ——— anodynum | | |
| ——— apoſtolor. | | |
| ——— de arthanita | | |
| ——— digeſtiv. | | ʒ ij-℥ j. |
| ——— de linaria | | |
| ——— nihil ad ocul. | | |
| ——— diapompholygos, ſeu nihli dicti. | | |
| ——— populeon. | | |
| ——— pomat. | | |
| ——— roſat. ſimpl. & camph. | | |
| ——— nervin. | | |
| ——— rubr. *Vvurzii* | | |
| ——— virid. potab. | | |

38) Tandem de *Opiatis, deque Crocatis* nonnulla ſunt adjicienda. Horum enim, præcipue opiatorum, doſes debent eſſe accuratiſſimæ, & omni circumſpectione definitæ, e. g.

Opii cidoniati, & fermentati doſ. g. j.
laudani opiati gr. ij.
——— hyſterici gr. iij.
MP. de cynogloſſ. gr. j. iij.
Tincturæ opii c. octuplo ſpirit. vin. parat. gutt. j.
croc. orient. pulveriſat. ℈ ß.
extr. croc. gr. v.
Tincturæ croc. gutt. xxx.

39) *Nonnulla medicamenta*, ideo quod *cariora* ſunt, minori tantum doſi præſcribuntur, e. g.

margarit. orient. lapis bezoard. orient. bezoard. ſolare, ambra, moſchus &c.

Niſi enim pretium obſtaret, eamdem cum aliis doſin poſſent habere.

## *V. ORDO FORMULARUM, ET ALIA REQUISITA SITA GENERALIA.*

1. Auctores, quia maxime inter ſe variant, certæ quidem regulæ de ordine remediorum non poſſunt dari; ſequentia tamen vulgatiſſimi ſunt uſus.
   1) Quæ majori doſi præſcribuntur, illa remedia reliquis præponuntur, nullo habito reſpectu ad *baſin*, num ſcilicet primo loco, vel alio ponatur.
   2) Sic v. g. in potiunculis, electuariis, & bolis, aquæ, & conſervæ, quæ tanquam *excipientia* majori doſi præſcribuntur, primum in formula occupant locum.
   3) In *emplaſtris* autem, ♃ *morſulis*, *excipientia* reliquis poſtponuntur.
   4) Hoc etiam obſervatur in *decoctis*, & *infuſis*, quorum reliqua ſequente ordine ſolent præſcribi.
      a) radices,
      b) herbæ, & ſummitates,
      c) flores,
      d) ſemina, & fructus,
      e) cortices.
   5) In infuſis autem laxantibus, laxantia, & digeſtiva remedia ultimum occupant locum.
2. Ad requiſita generalia, pertinent etiam *proportio* ingredientium, nempe *baſeos*, *corrigentium*, *adjuvantium*, & *excipientium*, e. g.
   1) In *infuſis*, & *nodulis*, proportionata debet eſſe quantitas *excipientis*, ut virtus medicamentoſa ſufficienter extrahi poſſit.
   2) In electuariis ſufficiens debet adeſſe quantitas *conſervarum*, & *ſyruporum*.
   3) In potiunculis, aquæ deſtillatæ ℥ j. pulveris ℈ j. aut ʒ ß. ſyrupi vero ʒ j. circiter addenda eſt. Sed de his ſuo loco ſpecialius dicemus.
3. *Signum*, quod in frontiſpicio formulæ occurrit,

pro

pro Medici lubitu variat. Alii enim ſigno † alii JJ. utuntur.

4. *Characteres*, quibus certa remedia deſignantur, ſuo loco quærendi, & diſcendi ſunt.
5. In pleriſque formulis, pharmaçopœo præſcribimus methodum, qua præparationem medicamenti inſtituere debeat: e.g. quæ formulæ per ſimplicem fiunt mixtionem, uti potiunculæ, mixturæ, pulveres, illarum fini adponitur liter. M. quod ſignificat miſce. Ubi vero prolixiori opus eſt præparatione, plura adponuntur; id, quod ſuo loco indicabitur.
6. Sub finem formulæ, adjicimus etiam monitum *ad pharmacopœum* de capſula, vaſe; &c. e.g. ad chartam; d. ad Scat. d. ad oll. d. ad. ℣. cum pertinentibus, quod monitum in primis reſpicit clyſteres, quando pharmacopœus jubetur dare ſyringam, veſicam, aut alia ad injiciendum clyſterem neceſſaria inſtrumenta.
7. *Signatura Germanica*, formulam claudit. Deſcribitur in illa modus utendi, de qua quidem re, ſequentia obſervanda ſunt.
   1) *Nomen* medicamenti, ubi reſpectum habemus a) modo ad ipſum morbum, b) modo ad locum adfectum, c) modo ad formam medicamenti: e.g. Pulvis contra calculum: Eſſent. Tinctura Stomachica: Pulvis cephalicus roborans. d) Vitetur autem ubique abuſus ille vulgaris, qui viliſſimas quoque formulas pompoſis titulis ornat; e.g. Pulvis cordialis conſervans: pulvis cordialis aureus.

   *Doſis*, quæ neceſſario addi debet, ne error ab ægrotis in adſumendo committatur. Unde formulis ſubjicitur: ſignetur Eſſentia ſtomachica, de qua quotidie ter 40. guttæ ſumantur.

*Tempus*, quod interdum etiam additur, e.g. Mane,

ne, una hora ante prandium, tempore eundi dormitum: vel omnibus duabus, aut tribus horis, de eo ſumendum.

4) *Vehiculum*. Gujus etiam interdum mentio fit, e.g. Sumendum in brodio calido, in cochleari pleno vino, in ſcutella Coffee.

5) *Regimen*, quod eum in finem ſubjicitur, ut medicamenti actio promoveatur, v.g. deinde jejunandum per unam, vel duas horas, & quieſcendum in lecto, cum moderata copertitione.

6) Reliqua vero, quæ regimen concernunt, locum tantum habent in præſcriptionibus illis diffuſioribus, quas vulgo, notitias vocant, quaſque abſentibus communiter tranſmittimus. Ubi adhuc notandum, quod ſi plura tranſmittantur remedia, illa plerumque vel litteris A.B.C. vel numeris 1.2.3. notari ſoleant, ad errorem effugiendum, e.g. De hac aqua notata cum littera A. ſumantur ſingulis quatuor horis duo cochlearia plena.

## *VI. REGULÆ GENERALES.*

1. Antiqui, ſimplicibus contenti erant medicamentis. Notum enim eſt, quod non tantum *Hippocratis*, & *Galeni* temporibus, verum etiam aliquot ſæculis poſt illos de formulis ſpecioſis, ac diffuſis altum fuerit ſilentium.

2. Hodie autem formularum conſcribendarum abuſui & vanitati multum expoſitum eſt, dum ingens farrago ad oſtentationem, & vanam gloriam, immo lucri cauſa, in unum acervum congeritur.

3. Mittimus autem hunc abuſum; & de re ipſa profitemur, quod ad divinæ ſapientiæ ſpecimen omni jure referendum ſit, quando quiſpiam tali judicio, & experientia præditus eſt, ut remedia probata ſeligere, & pro morborum ſubjectorum, atque reliquarum circumſtantiarum diverſis rationibus, prudenter, & concinne combinare poſſit.

4. Eſt

4. Eſt autem formularum ſpeciale ornamentum *brevitas*. Hinc Medicus formulas longas, quantum fieri poteſt, evitet. Quando autem in hujus tractatus formulis prolixitas paſſim occurrit, conſiderandum omnino eſt, quod *methodi* cauſa hoc factum ſit, non ut promiſcue retineantur, ſed ſeligantur.

5. Sic etiam *variatio* medicamentorum frequens quovis modo fugiatur. Hæc enim, vel inconſtantiam, vel imperitiam, vel jactantiam, vel plane avaritiam indicat. Excuſant autem variationem, quando præcipue in morbis chronicis, ad patientis ſenſum, & captum non formare cogimur.

6. In præſcribendis formulis, talia remedia in uſum trahenda ſunt, quorum conſiſtentia conſpirat, & quæ ſe invicem non deſtruunt.

Hinc opus eſt, ut eorum, quæ conjungere volumus, mutuam habitudinem ſatis exploratam habeamus, alias per contrariorum talium conjunctionem ſperatus effectus impeditur. Contingit hoc facile, exempli gratia, quando acida alcalibus, & abſorbentibus, reſinoſa, quæ facile præcipitantur, pure aqueis miſcentur.

7 Excipiendæ autem ſunt tales formulæ, in quibus contraria talia *conſulto* combinantur, ut tertium quid inde emergat; id, quod ſolemne præcipue fuit *Sylvio*, qui formulas egregii uſus ex aquis deſtillatis, aceto, & oculis cancri, aliiſque alcalinis concinnavit.

8. *Obſoleta* remedia, parum uſualia, & maxime ingrata, Medicus non præſcribat.

9. Non trahat in uſum remedia *pretioſa*, quando minus pretioſis eumdem commodum, & ſecurum effectum poteſt obtinere. Neque etiam exotica noſtratibus remediis ubique præferantur

tur. Datur autem nonnunquam occaſio excipiendi, videlicet quando magnates, & divites remedia, quæ minoris pretii ſunt, adſpernuntur, & pretioſis curari malunt.

10. *Nova*, & experientia nondum probata remedia, nemo facile præſcribat, niſi qui judicio diſcretionis ſatis præditus eſt.

11. In caſibus *dubiis*, vel nulla, vel levia tantum medicamenta præſcribenda ſunt. e. g. quando non ſatis conſtat, num intumeſcentia abdominis in feminis maritatis pro hydrope, vel pro gravitate declaranda ſit. Si enim graviditas eſſet, & remedia hydropica propinarentur, abortus produceretur.

12. Remedia *draſtica* in uſum non trahuntur, quando mitioribus res peragi poteſt.

13. Ubi natura *ſola* morbum profligare poteſt, remedia non præſcribantur.

14. Subjectorum *temperamentum*, & *vitæ genus*, in præſcribendis formulis bene perpendendum, & explorandum ſimul, qualia remedia optime perferre poſſint patientes. Satius enim eſt, nullum, quam tale medicamentum, a quo natura abhorret, propinare.

15. Remedia *generoſa*, quæ cum impetu quodam agunt, ſubjectis debilibus, & ſenſibilibus, non ſunt ordinanda.

16. Remedia ad *morbum* ipſum, non autem ad quodvis *ſymptoma*, præſcribenda ſunt. Quando autem ſymptomata graviter urgent, ipſa neceſſitas hanc legem frangit.

17. In caſibus *deſperatis*, & *conclamatis*, medicamentorum uſus non plane negligendus eſt, ne ægrotum deſeruiſſe videamur. Licet enim morbum ipſum debellare non poſſimus, ſymptomatibus tamen mitigandis intenti eſſe debemus.

18. Non eſt neceſſe, ut formulæ de *triplici regno* ſem-

ſemper conſtent, neque ut ex *uno* tantum congerantur.

19. *Suaveolenta*, & *inodora*, præferantur fœtidis, & nauſeoſis, ne cardialgia, vel plane vomitus excitetur.

20. *Color* turpis, quantum fieri potoſt, fugiatur. Abſit tamen luſus pueris in coloribus per folia auri conciliandis.

21. Summa totius negotii eo redeat, ut in præſcribendis formulis viam *tutam*, &, quantum fieri poteſt, *Jucundam* etiam, & *brevem* eligamus.

22. Reliquæ cautelæ, quæ indicandæ eſſent, *in conſpectu medicinæ practicæ* videri poſſunt.

# TABULA II.

# DE

# PULVERIBUS.

*I. DEFINITIO.*

PUlvis, eſt medicamentum ſiccum, quod vel ex uno tantum ſimplici ingrediente, vel ex pluribus talibus, comminuendo, & miſcendo, paratur.

*II. DIFFERENTIA.*

Pulveres differunt

1. ratione *præparationis*, cujus reſpectu
   1) alii ſunt *groſſi*, qui groſſo tantum modo, contuſi ſunt, & *tragee* vocantur, e. g. *tragea groſſa cum tabulatis, tragea aromatica*: item groſſi illi pulveres, qui externe adplicantur.
   2) Alii, *mediæ* ſunt *ſubtilitatis*; e. g. *ſpecies imperatoriæ, diacinnamomi, diarrhodon Abbatis, pulvis ſtomachicus Birckmanni.*
   3) Alii ſunt *ſubtiliſſimi*, qui in pollinem impalbabilem, quem vulgo *alcohol* vocant, rediguntur. Huc pertinent illa, quæ *præparata* vocantur, e. g. *oculi cancror. præp. conchæ præp. matr. perlarum præp. magiſterium coralliorum*, & alia quæ per chemiam in talem pollinem rediguntur. Spectant etiam ad horum cenſum pulveres illi ſubtiliſſimi, qui oculis, mediante calamo, inſperguntur, & *collyria ſicca*, aut *Sief. oculorum* vocantur.
2. Ratione *uſus*.
   1) Alii enim *interne* propinantur.
   2) Alii autem externe adplicantur, e. g. pulveres *ſtiptici chirurgorum, exſiccantes, collyria ſicca,* *tumo-*

*tumores inflammatorios diſcutientes*, *ſternutatorii*, *dentifricii*, reliqua.

3. Ratione *temporis*, quo reſpectu
   1) *officinales* vocantur, qui in pharmacopœis compoſiti jam proſtant, e. g. pulvis *ſtomachicus Birckmanni*, pulvis *Cornachinus*, *ſpecificum jalappæ*.
   2) *magiſtrales* autem dicuntur, qui ex tempore a Medico, tamquam *Magiſtro*, præſcribuntur.

*III. LATERIA*.

1. Pulveres, in interno uſu veniunt, commodiſſime parantur ex præparatis terreis, antimoniatis fixis, & aliis metallicis. Porro, ex ſalibus mediis, & nitroſis. Quæ vero incommoda ex pulveribus vegetabilibus, interno uſui deſtinatis, eveniant, inferius dicetur. Hinc in ipſis trageis, quas ordinarie conſtituunt, per gratam additionem vel ſacchari, vel electuarii, vel ſyrupi cujuſdam, nauſeam avertere conamur.
2. His pulveribus interne exhibendis interdum talia etiam adduntur, quæ per ſe in pulverem redigi minime poſſunt, e.g. *extracta*, & *olea deſtillata*.
3. Plures autem, qui *externe* adplicari debent, potiſſimum parantur ex vegetabilibus, & eo quidem ordine communiter præſcribuntur, ut primum radices, deinde herbæ, poſtea flores, & denique ſemina, cortices, aromata ponantur.

*IV. DOSIS*.

1. Doſis pulverum admodum variat pro morbi, remediorum conditione.
2. Nonnulli enim morbi plures doſes poſtulant, nonnulli unica profligantur.
3. Pulveres *emetici*, & *purgantes*, unica tantum doſi; *alterantes* autem, a ℨ ij. ad integram unciam pro una vice ordinarie præſcribuntur.
4. Ceterum, tab. 1. jam monuimus, quod pulverum doſis *pro una vice ſumenda* ℨß. non facile debeat

beat tranſcendere.

5. Pulverulenta, quando *per ſpecies* præſcribuntur, illo ponuntur ordine, quem *tab. I.* de pulveribus indicavimus. Videlicet radices, herbæ, flores, ſemina, cortices, & ligna præmittuntur, deinde aromata, condita, gummata, & pulveres chemici ſubjiciuntur.

*IV.* REGULÆ.

1. Electuariorum formula, antiquis familiarior fuit, quam recentioribus, qui maſſam hanc confuſam, & quamplurimis ægrotis nauſeoſam, rarius adhibent.
2. Quando autem hæc formula convenire, & aliquid prærogativæ habere videtur, e. g. in illis adfectibus, in quibus mellita, vel ſyrupi uſum habent, fauces, poſt adſumtum electuarium, *hauſtulo vini*, vel alio quodam grato liquore eluantur, & ſapor adver-

adverſus, qui faucibus diu obhæreſcere ſolet, hac ratione corrigatur.

3. Deſtinantur autem vulgo electuaria catharſi, expectorationi, in ſpecie phthiſi, roborandis partibus, e. g ventriculo, nervis; præcipue etiam febribus intermittentibus profligandis. In acutis autem, minus conveniunt.

4. Sumuntur electuaria vel mane, e. g. laxantia, vel ante paſtum, e. g. ſtomachica.

5. Nonnulli electuarium, in vino ſolutum, & dilutum, propinant.

6. Folia auri, vel argenti electuariis immiſcere, vanus eſt fucus.

7. Electuarium, quando *mollioris* conſiſtentiæ deſideratur, formulæ ſubjicitur: *f. electuar. molle*. Sic enim pharmacopœus addit majorem ſyrupi quantitatem. Nimis tamen molle non ſit electuarium, alias facile fermenteſcit.

8. *Salia fixa*, & *volatilia* in electuariis æque, ac in bolis non conveniunt, fermentationem enim, ad quam electuaria, ratione mellis, ſyruporum, pinguium nuclœrum &c. admodum prona ſunt, quam maxime promovent. Tacemus, quod ſalium virtus per talia involucra enervetur.

9. *Primæ viæ*, quando ſaburra bilioſa, vel aliis fermenteſcentibus materiis obſeſſæ ſunt, electuaria non ſunt ordinanda.

10. *Extracta*, quæ ſaporis ſunt ingrati, & nauſeoſi, in electuariis non facile præſcribantur.

11. *De linctibus*, ſeu *eclegmatibus*, quæ in pectoris affectibus præſcribi ſolent, ſequentia adhuc notentur.

1) Conſiſtentiam debent habere mollem. Hinc *conſervæ*, & *condita* vel plane non, vel parciſſima tantum doſi illis adduntur, ne juſto ſpiſſiora evadant, ſed conſiſtentia ſuper lingua difluens emergat, ſcilicet, ut *lingatur*.

2) Arabice dicuntur *lohoch*.

3) Uſu non adeo recepti ſunt, niſi quidem infantibus

in faucium affectibus, & pro ſcopo bechico ordinentur.

4) Conficiuntur linctus, ſeu lohoch ex variis *lohoch* officinalibus, e. g. *lohoch ſan. & expert. de pulmone vulpis*. Interdum adduntur pulveres, conſervæ, & extracta. Denique ſyrupi tantum adjicitur q. ſ. ad conſiſtentiam genuinam.

*V.* FORMULÆ.

1. *Purgantes*.

1) ℞ Pulp. tamarind.
paſſular. ana ℥ß.
diacydon. luc. jalapp. ℥iij.
extract. diacitr. ℈ij.
ſyrup. de pom. lax. q. ſ.
M. f. electuarium.
S. Electuarium purgans, de quo mane aliquot cuſpides cultri plenæ ſumantur.

2) ℞ Pulp. tamarind.
rob. juniper. ana ℥j.
diacydon. luc. jalapp. ℥vj.
ſpecif. jalapp. ℥vj.
ſyrup. de cichor. c. rhabarb. ℥ß. vel q. ſ.
M. f. electuarium.
S. Electuarium purgans, de quo mane magnitudo avellanæ ſumatur.

2. *Diaphoreticæ*.

1) ℞ Conſerv. fumar. ℥ß.
theriac. Andromach. ℥iij.
diaſcord. Fracaſt. ℥ij.
merc. diaphor.
matr. perlar. ana ℥j.
ſyrup. card. bened. q. ſ.
M. f. electuar.

2) ℞ Conſerv. pulp. citr. ℥j.

rob

rob junip. ℥ ß.
pulv. viperar. rad. ari
C.C. philoſoph. ana ℈ ij.
ſyrup. acetoſ. citr. q. ſ.
M. f. electuar.

3. *Diureticæ.*

1) ♃ Rob juniper. ℥ vj.
conſerv. roſar. ℥ iij.
extract. alker.
oc. cancr. præp. ana ʒ j. ß.
terebinth. Venet. ʒ j.
ſyrup. heder. terr. q. ſ.
M. f. electuar.

2) ♃ Conſerv. roſar. ʒ j.
ſem. viol. milii ſolis, ana ʒij.
extr. veronic. ʒ j. ß.
ſyrup. violar. q. ſ.
M. f. electuar.

3) ♃ Conſerv. cynosbat. ℥ j.
rob. ſambuc. ℥ ß.
ſem. ebul ℈ iv.
pulv. lumbr. terr. ʒ j.
ſyrup. capill. vener. q. ſ.
M. f. electuar.
S. Electuarium, de quo in hydropiſia bis, aut ter magnitudo juglandis ſumenda

4. *Particulariter ſalivantes.*

1) ♃ Pulv. rad. pyreth.
ſem. ſinap. ana ʒ j. ß.
cubebar. cardam. ana ʒ ß.
oxymel. q. ſ.
M. f. electuar.
S. Electuarium, de quo aliquid in ore tenendum.

2) ♃ Pulv. rad. zingiber.
pyrethr. ana ℥ ß.
ſem. ſinap. ℈ ij.
gumm. maſtich. ʒ j. ß.
cardam. cubebar. ana ℈ j.
mell. anthoſ. q. ſ.
M. f. electuar. detur in fictili.

5. *Expectorantes.*

1) ♃ Conſerv. roſar. antiq.
bellid. min.
ſcabioſ. ana ℥ ß.
ſuccin. præp. ℈ ij.
flor. benzoes ℈ j.
ſyrup. hyſſopi q. ſ.
M. f. electuar.

2) ♃ Conſerv. heder. terr.
hyſſop. ana ℥ ß.
extract. veronic. ʒ j. ß.
balſam. de Copaiv. ℈ ij.
flor. ſulph. ʒ ß.
ſyrup. de farfara q. ſ.
M. f. electuar.

6. *Reſolventes, abſtergentes.*

1) ♃ Conſerv. borrag.
bugloſſ. ana ℥ j.
pulv. rad. ari
ſpec. diarrhod. Abbat. ana ʒ j.
ſyrup. capill. vener. q. ſ.
M. f. electuar.

2) ♃ Conſerv. betonic. viſceral. ℥ ß.
extract. cent. min. ʒ j.
antim. diaphoret. martial. ʒ iij.
ſyrup. cort. citr. q. ſ.
M. f. electuar.

3) ℞ Rad. vincetox.
bardan. ana ℥ ß.
Herb. pyrol.
ſanicul. ana ʒ ij.
gumm. ſuccin.
maſtich. ana ℈ j.
terebinth. coct. gr. xv.
pulveriſentur, add. mel. deſpum. q. ſ. ad electuar.

4) ℞ Conſerv. roſar. antiq. ℥ j.
oc. cancr. præp. ʒ j.
ſuccin. præp. ʒ ß.
ſem. hyperic. ʒ ij.
balſam. Peruvian. ʒ ß.
ſyrup. de ſymph. q. ſ.
M. f. electuar.

7 *Adſtringentes.*

1) ℞ Conſerv. roſar. rubr.
heder. terr. ana ℥ ß.
corall. rubr. præp.
lapid. hæmat.
terr. Japon. ana ℈ ij.
croc. mart. aperit. tener. ℈ j.
M. f. electuar.

2) ℞ Conſerv. abſinth.
viſceral. ana ʒ vj.
cort. caſcarill.
chin. chin. ana ʒ iij.
extract. gent. rubr. ℥ j.
ſyrup. cort. aurant. q. ſ.
M. f. elect. S. Electuarium febrile, de quo juſto tempore magnitudo avellanæ ſumatur.

3) ℞ Conſerv. ſcabioſ. bellid. ana ℥ ß.
C. C. philoſoph.

unicorn.

unicorn. foſſil. ana ʒ ij.
terr. catechu ℈ j.
M. P de cynogloſſ. ℈ ß.
ſyrup. acetoſ. q. ſ.
M. f. elect.

8. *Roborantes, analepticae.*

1) ℞ Conſerv. flor. tunic.
pulp. citr. ana ʒ vj.
rob. ceraſor. acid. ʒ iij.
condit. carn. citr. ℥ ß.
confect. alkerm. inc. ʒ j. ß.
ſyrup. acetoſ. citr. n. ſ.
M. f. elect.

2) ℞ Conſerv. roſar.
acetoſell.
Minuæ cidon. ana ʒ iij.
rob. berb. id. ana ʒ ij.
confect. de hyacinth.
incomplet. ʒ j.
ſyrup. ceraſ. acid. q. ſ.
M. f. elect.

3) ℞ Conſerv. rad. cichor. ℥ j.
condit. rad. ſatyr.
zingib. ana ʒ ij.
ſpec. aromat. roſ.
conf. alkerm. compl. ana ʒ ij.
eſſent. ambr. ʒ j.
ſyrup. cinnam.
ſucc. gran. cherm. ana q. ſ.
M. f. elect. de quo bis per diem, ad magnitud. nuc. avellan. ſumendum.

4) ℞ electuar. dyaſatyr. ℥ j.

condit.

condit. nuc. moſch.
eryng. ana ℥ iij.
pulv. cinam.
cardamom. ana ʒ j.
moſch. gr. iij.
ambr. gr. ij.
ſucc. gran. cherm. q. ſ.
M. f. elect.

5) ℞ Succolad. ℥ j.
condit. zingib. ℥ ß.
rad. pimp. ʒ ij.
raſur. priap. cerv. ʒ iij.
ſem. paſtinac.
eruc. ana ʒ j.
ſyrup. cort. aurant. q. ſ.
M. f. elect.

6) ℞ Conſerv. menth. criſp.
centaur. min. ana ʒ vj.
pulv. rad. gent. rubr.
ari ana ʒ ij.
cort. caſcarill. ʒ j.
croc. mart. tener. ʒ ß.
ſyrup. cydon. q. ſ.
M. f. elect. S. Electuarium ſtomachi corroborans, de quo magnitudo avellanæ una hora ante paſtum ſumatur.

9. *Linctus.*

1) ℞ ol. amygdal. dulc. ʒ j.
ſyrup. violar. ℥ ß.
ſperm. cet.
ſacchar. cand. ana ʒ ij.
M. detur tertia pars ſingulis horis.

2) ℞ ol. lini ℥ j.

ſyrup.

ſyrup. de alth.
cryſim. Lob. ana ℥ ij.
ſperm. cet. recent. ℥ j. ß.
ſacchar. violac. ℥ ij.
M. d. ſingulis horis quarta pars.

3) ℞ Lohoch de farfar. ℥ ij.
pulv. ari
ſyrup. hyſſop. & tuſſilag. q. ſ.
ut fiat linctus.
S. Linctus tuſſim ſiſtens.

4) ℞ Lohoch. ſan. & expert.
ad aſthm. uſitat. ana ℥ j.
ſpecier. diair.
ſuccin. præp. ana ℥ ij.
ſucc. liquirit.
ſyrup. heder. terr. ana q. s.
M. f. linctus.

# TABULA VI. DE TROCHISCIS.

*I. DEFINITIO.*

TRochiſci, ſunt parvi orbiculi, qui ſigno *ſtellæ* ſignantur, & cum pilulis aliquo modo conveniunt.

*II. DIFFERENTIA.*

Trochiſci differunt

1. Ratione *uſus*, quo reſpectu alii ſunt
   1) *Sublinguales*, qui leni ſucceſſiva eliquatione in ore conſumuntur, & partim fœtori oris emendando deſtinantur, partim vero ad præſervationem in morbis contagioſis ex opinione præſcribuntur. Alii ſunt
   2) *Bechici*, quos affectibus pectoris, tuſſiculoſis, phthiſicis &c. vulgo opponunt.
2. Ratione *temporis præparationis*, quo intuitu alii ſunt
   1) *Officinales*, qui in officinis præparati jam proſtant, e. g. trochiſci bechici albi, nigri, trochiſci de carabe, trochiſci alhandal. Alii ſunt
   2) *Magiſtrales*, qui a Medico præſcribuntur, & in officinis ex tempore præparantur.
3. Trochiſci differunt a *rotulis*; hæ enim cum *ſaccharo*, illi autem cum *mucilagine*, in liquore conveniente ſoluta, excipiuntur.

*III. MATERIA, ſeu INGREDIENTIA.*

1. *Baſis*, & *adjuvantia* ſunt
   1) Pulveres modo inſipidi, modo grati ſaporis.
   2) Succi inſpiſſati.

3) Gum-

3) Gummata.
4) Reſinæ.
5) Nuclei.
6) Mineralia.
7) Olea deſtillata.
8) Electuaria.
9) Non raro, nec incongrue, trochiſcis, & morſulis flavendo cort. citr. jungitur.

2. *Excipientia*. Hæc, uti in genere mucilaginoſa, ita in ſpecie varia ſunt, e. g.
   1) Mucilago *tragacanth.* quæ omnium frequentiſſime adhibetur.
   2) Mucilago ſem. *pſyll.*
   3) *Succi vegetabilium*.
   4) *Gummi Arabicum*.
3. Quando ingredientia per ſe *viſcida* jam ſunt, & *tenacia*, uti gummata, non opus eſt peculiare viſcidum excipiens jungere, ſed ſufficit, ſi loco tragacanthæ, mel, ſyrupus, extractum; vel ſuccus quidam inſpiſſatus recipiatur.
4. De ingredientibus in ſpecie, adhuc notandum eſt, quod pro
   1) *Diverſitate ſcopi differant*, e. gr. trochiſcis *ſublingualibus*, qui correctionem *fœtoris* reſpiciunt, adduntur moſchus, ambra, zibeth. ol. lign. Rhod. caryophyllor. cardamom. cinnamom.
   2) Trochiſcis autem, ſic dictis, *præſervantibus*, adduntur extracta radicum alexipharmacarum, item myrrha, aromata.
   3) Trochiſci *bechici*, parantur potiſſimum ex ſpeciebus ſic dictis expectorantibus, e. g. pulvere rad. liquirit. irid. Flor. helen. benz. flor. ſulph.

*IV. MAGNITUDO, ET DOSIS*.

1. Veteres, trochiſcos ita groſſos formabant, ut ℥ j. pondere referrent.
2. Recentiores autem, pondus trochiſcorum ultra

tra 6. grana, aut ad ſummum ℈ ß. non extendunt. Ordinarie, & præcipue, quando ambrati ſunt trochiſci ad ij. vel iij. grana tantum illorum pondus adſcendit.

3. In genere obſervandum eſt, quod ſi ex *activioribus* conſtent ingredientibus, minore doſi, ſi vero ex minus activis principiis, doſi majore præſcribendi ſint.

4. Quando *uſui* tantum *externo*, nempe *ſuffumigiis* deſtinantur, vel etiam in ore detenti, ſenſim liqueſcendo deglutiuntur, nil intereſt, ſi doſis paululum major ſit.

5. Proportio ingredientium, & excipientium, determinari quidem vix poteſt, ſed pharmacopœi arbitrio illa plerumque relinquitur: notare tamen convenit, quod *excipientis* quantitas ad *excipiendos* pulveres, & alia craſſiora debeat eſſe *tripla*, vel *quadrupla*. In penetrantioribus, *dupla* portio proficit.

*V. REGULÆ.*

1. Trochiſci, apud veteres in frequentiori erant uſu, hodie autem raro præſcribuntur, niſi quidem infantum, & puerorum palato ſatisfacere velimus.

2. Quoniam in ore detinendi ſunt trochiſci, cavendum eſt, ne ingrata remedia eorum compoſitionem ingrediantur.

*VI. FORMULÆ.*

1. *Trochiſci ſublinguales ad fœtorem oris.*

℞ Pul. rad. irid. Flor. ℨ j. ß.
trochiſc. aliptæ moſchat. gall. moſchat. ana ℨ ß.
confect. alkerm. compl. ℈ ij.
ſacch. alb. ℥ ij.
M. c. ſ. q. mucilag. tragacanth. cum aqua roſar. præp. f. l. a trochiſc.

S. Trochiſci ſublinguales, ſub lingua tenendi.

*Tro-*

2. *Trochiſci ſublinguales ad præſervandum in malignis.*

℞ Specier. liberant. ʒ j. ß.
extract. pin. alb. ℈ j.
valerian.
theriacal. ana ℈ ß.
ol. deſtill. rut.
junip. ana gutt. iij.
ſacch. albiſſ. ℥ ij.
M. c. ſ. q. mucilag. tragacanth. cum aqu. ſcord. præp. f. l. a. trochiſc.
S. Trochiſci ſublinguales in morbis peſtiferis, de quibus omni mane, duo ſumantur, & unus ſub lingua teneatur.

3. Trochiſci *bechici* ſ. *pectorales*.

℞ Succ. liquirit. inſpiſſ.
rad. irid. Flor. ana ʒ ij.
helen. ʒ j.
amygdal. ℥ j. ß.
ſtyrac. calamit. ʒ j.
flor. ſulph. ℈ j.
benz. ℈ ß.
ol. deſtillat. aniſ. gutt. xij.
ſacch. alb. ℥ ij. ß.
M. c. ſ. q. mucilag. tragacanth. in aq. hyſſop. f. l. a. trochiſc.
S. Trochiſci, pectorales in tuſſe.

4. Trochiſci *fumales* ſ. *fumifici*

℞ Gumm. benz. ℥ j.
oliban.
lign. aloes ana ℥ ß.
ſantal. flav. ʒ ij.
ſacch. alb. ℥ j.
zibeth.
ambr. ana ʒ ß.

pulve-

pulveriſata fiant c. ſ. q. mucilag. tragacanth. in aq. roſar. ſolut. trochiſci.

S. Trochiſci fumales.

# TABULA VII.

## DE

# ROTULIS.

*I. DEFINITIO.*

R*otulæ*, ſunt placentulæ minores, rotundæ, ſiccæ, ex parte una ſpecierum convenientium, & tribus, quatuor: immo pluribus partibus ſacchari paratæ. Dicuntur etiam *orbiculi*.

*II. DIFFERENTIA.*

1. Quæ differentia ſit inter *rotulas*, & *trochiſcos*, præcedente tabula de trochiſcis indicavimus.
2. *Rotulæ*, & *morſuli* magnam quidem habent convenientiam, differunt autem
   1) Ratione *figuræ*: rotulæ enim ordinarie ſunt rotundæ, morſuli autem quadrati, & oblongi.
   2) Ratione *magnitudinis*: nam rotulæ ſunt minores, morſuli autem majores.
   3) Ratione *ingredientium*: morſulis enim, præter pulveres, adduntur conſervæ, condita, & fructus, aliaque craſſiora, quæ in *rotulis* exulare debent.

*III. MATERIA.*

1. *Ingredientia*. Rotulæ parantur
   1) Modo ſimpliciter ex ſaccharo, in aqua quadam deſtillata ſoluto, & inſpiſſato. Ex hoc magmate, funduntur poſtea in marmore polito rotu-

læ, quales ſunt illæ, quæ abuſive vocantur: *manus Chriſti ſimplex*.

2) Modo ex *ſolis ſuccis acidulis*, e. g. ſucc. ribium, berber. cum ſaccharo coctis, & inſpiſſatis. In hoc autem caſu, ne ſapor acidulus ſupprimatur, tribus ſucci partibus, unica tantum ſacchari additur. Quod ſi vero gratiores adhuc deſiderantur rotulæ, addi poteſt drachma una, vel altera eſſentiæ ambræ, vel ſcrupulus olei deſtillati fragrantis.

3) Modo ex *ſolis oleis deſtillatis*, & *ſaccharo* in aqua deſtillata ſoluto, quales ſunt rotulæ *carminat. Mynſichti*.

4) Reliqua rotularum ingredientia ſunt.

a) *Pulveres ſimplices*, e. g. oc. cancr. præp. margarit. præp. ſuccin. præp. oliban. maſtich. benz.

b) *Pulveres compoſiti*, e. gr. ſpec. diambr. diamoſch. diair. diamargarit.

c) Nonnunquam extract. ut & conf. alkerm. adduntur.

d) Aliquando pro effectu laxante additur reſin. jalapp. merc. dulc. extr. rhabarb.

2. *Excipiens* rotularum, eſt *ſaccharum* ſimplex, ſive roſatum.

IV. *DOSIS*.

1. *Pondus ſingularum* rotularum adſcendit communiter ad ſcrupulum, vel ʒ ß.

2. Tota autem portio, quæ pro una vice paratur, non debet eſſe infra libram ſemis. Minor enim portio commode non poteſt præparari.

3. Præſcribuntur rotulæ ab ℥ j. ad ℥ j. ß.

V. *REGULÆ*.

1. Rotularum formulæ parum hodie ſunt uſitatæ, niſi forte ad ſcopum *analepticum*, vel ad delicatorum ægrotorum palatum ordinentur.

2. Nonnunquam in *ardore*, & *inflammatione faucium*, in

in *tuſſi* itidem pectorali, & fœtida expiratione ordinantur, & dicuntur: Rotulæ pectorales. Effectus harum rotularum eſt leniens, temperans, abſtergens, & expectorans.

3. Quod ſacchari, tanquam excipientis, quantitas ordinarie excipiendorum quantitatem debeat ſuperare, ſuo loco jam dictum eſt. Quoniam autem conſiſtentia ſacchari ſolida impedit, quo minus commode formari queant rotulæ, in aqua deſtillata prius ſolvi, & ad ſpillam ſyrupi conſiſtentiam coqui debet.

4. Totum artificium conſiſtit in legitima ſacchari coctione, ut volet & filet. Hæc conſiſtentia, quando vel actu obtenta eſt, vel proxime imminet, immiſcentur ſpecies ad ſcopum medicum directæ.

5. In ſpecie, notandum eſt ſub debito hoc momento commixtionis, ne ſaccharum diutius cum ſpeciebus coquatur, alias ſolideſcentiam ſuam ſemi-cryſtallinam amittit.

6. Rotulæ non bene tolerant *terreos* pulveres, & ingredientia *ſalina*. Illi enim conſiſtentiam nimis denſam, & tenacem, hæ autem nimis laxam, & fluidam reddunt.

*VI. FORMULÆ.*

1. *Purgantes anthelminticæ.*

℞ Pulv. jalap. ℈j.
ſemin. ſanton. ʒß.
ſacchar. alb. in aqua graminis ſolut. & inſpiſſ. q. ſ.
f. l. a. rotulæ pro duabus, vel tribus doſibus.

2. *Pectorales.*

1) ℞ Specier. diair. ſimpl. ℥ß.
ſucc. liquirit. ʒij.
extract. enul. ℈ij.
flor. benz. ℈j.

ſacchar. in aqua tuſſilag. ſolut. q. ſ.
f. l. a rotulæ.
S. Rotulæ pectorales, de quibus mane, & veſperi aliquot nude ſumantur.

2) ℞ Pulv. rad. irid. Flor. ℥ ß.
ſucc. liquirit. inſpiſſ. ʒ ij.
flor. ſulph. ℈ ij.
f. c. ſ. q. ſacchar. cand. in aq. hyſſop. ſolut. rotulæ.

3) ℞ Spec. diatragacanth. frigid.
ſucc. liquirit. ana ʒ ij.
ſacch. in aqua flor. papav. erat. ſol. q. ſ.
f. rotulæ.
S. Rotulæ, in vehementi tuſſi adhibendæ.

3. *Sublinguales, particulariter ſalivantes.*

℞ Rad. pyreth.
zingib. ana ʒ j.
cubeb.
cardam.
pip. long. ana ʒ ß.
ſacchar. cand. in aqua
cinnam. ſolut. q. ſ.
f. rotulæ, ſub lingua tenendæ.

4. *Cephalicæ.*

℞ Spec. diambr.
diamoſch. ana ʒ j.
cephal. Mich.
confect. alkerm. ana ʒ ß.
ol. deſtillat. cinnam. gutt. VI.
f. c. ſ. q. ſacchar. cand. in aqua meliſſ. ſolut. rotulæ.
S. Rotulæ cephalicæ roborantes.

TABU-

# TABULA VIII.

## DE MORSULIS, SEU TABULIS.

*I. DEFINITIO.*

MOrſuli, ſunt medicamentum ſolidum, & quadratum, ex pulveribus, conſervis, conditis, confectionibus, & ſextupla circiter ſacchari ſoluti portione paratum.

*II. DIFFERENTIA.*

1. *Morſuli* dicuntur, quia mordendo adſumuntur.
2. *Tabulæ* autem vocantur a figura.
3. Dicuntur etiam a nonnullis *electuarium ſolidum*, ob ingredientium convenientiam.
4. *Morſuli*, quomodo a *rotulis* differant, præcedente tabula dictum eſt.

*III. MATERIA.*

1. *Baſis*, ſeu *ingredientia*.
   Præter *pulveres*, qui rotulas ingrediuntur, *morſulis* addi ſolent
   1) Conſervæ.
   2) Fructus, e.g. nuclei pin. amygdal. dulc.
   3) Radices conditæ.
   4) Electuaria.
   5) Extracta.
   6) Olea deſtillata.
   7) Nonnunquam partes animalium, e. g. priapus tauri, cervi, uti & ſtincus marinus.
2. *Excipiens*, quod prorſus convenit cum illo rotula-

 rum,

rum, nempe ſaccharum, vel ſimplex, vel roſatum.

IV. DOSIS.

1. Morſuli infra ℔ ß. commode non poſſunt præparari.
2. Præſcribuntur autem pro re nata ℥ ß. ad aliquot uncias.

V. REGULÆ.

1. Quas regulas de *rotulis* præparandis dedimus, illæ fere omnes valent etiam de *morſulis* formandis.
2. Quamquam autem *morſulorum* uſus hodie rarus ſit, prærogativam tamen præ *trochiſcis*, & *rotulis* habet.
3. *Junioribus*, pro ſcopo cathartico, & anthelmintico, *adultioribus* autem ad præoccupandas infectiones malignas vulgo præſcribuntur.
4. Præcipue etiam morſuli pro ſcopo *ſtomachico* ſolent ordinari, quo nomine apud *acidulas*, & *thermas* clari ſunt, & vocantur morſuli ſtomachici, morſuli in acidulis adhibendi.

VI. FORMULÆ.

1. *Morſuli purgantes.*

1) Conſerv. flor. perſic.
conſerv. roſar. ana ʒ ij.
pulv. jalapp. ʒ j.
ſem. anis.
cort. cinnam.
N. moſchat. ana ʒ ß.
f. c. ſ. q ſacch. in aqua roſar. ſolut. morſuli purgantes, ad pondus ℥ ß.

2) ♃ Sem. ſanton. pulv. ℥ j.
merc. dulc. ℥ ß.
reſin. jalapp. ʒ j.
ſacch. roſ. q. ſ. f. l. a. morſuli.
S. Morſuli contra vermes.

2. Sto-

2. *Stomachici, & cephalici.*

♃ Conſerv. menth. anthos. condit. nuc. Indic.
ana ℥j.
rad. acor. galang. ari, ana ʒij.
zedoar.
cardamom.
cinnamom. ana ʒj.
c. ſ. q. ſacch. in aqua meliſſ. ſolut. f. morſuli.

3. *Roborantes.*

♃ Condit. cort. aurant.
citr. ana ℥j.
rad. zingib.
ering.
conf. alkerm. compl. ana ℥ß.
amygd. dulc. excortic. ʒvj.
M. c. ſ. q. ſacchari optimi, in aqua cinnamom. ſoluti, f. l. a. morſuli.
S. Morſuli roborantes, de quibus aliquoties portio die ſumenda.

4. *Confortantes.*

♃ Spec. diambr.
diamoſc. ana ʒß.
ſuccin. præp.
cinnab. antim. ana ℈j.
c. ſ. q. ſacchari in aqua ſalv. ſolut. f. l. a tab. vices comedendæ.

5. *In Soda.*

♃ Cret. albiſſ. ʒij.
corall. præp.
conch. præp. ana ʒj.
N. M. ʒß.
c. ſ. q. ſacchari, in aqua portulac. ſoluti, f. morſuli.

*6. Fragrantes in fœtore oris.*

℞ Spec. diacinnam.
aromat. roſ. ana ʒij.
condit. cort. aurant.
pimpin. alb. ana ℥ß.
c. ſ. q. ſacchari, in aqua namph. ſolut. f. l.
a. morſuli.

# TABULA IX.

# DE

# MIXTURIS CONCENTRATIS.

## I. *DEFINITIO.*

M*ixturæ concentratæ*, ſunt medicamenta, ex ſpirituoſis combinata, & guttulis, communiter interne ſumenda, vel nonnunquam etiam externe adplicanda.

## II. *DIFFERENTIA.*

1. Mixturæ concentratæ, quomodo a mixturis *diffuſis* differant, ſequente TAB. indicabimus. Diſtinguunt etiam inter concentratas, & ſemiconcentratas, quæ ex ſpirituoſis quidem mixtæ, ſed ad cochl. ß. propinantur.
2. Hic differentiæ loco notamus, quod mixturæ concentratæ, non tantum pro uſu interno, ſed etiam externo præſcribantur. Internæ vocantur, & ſubſcribuntur: Mixtura ſudorifera, & purgans ſanguinem, de qua 30. uſque ad 40. guttas ſumantur, ſpiritus arthriticus, ſpiritus roborans nervos.
3. Quæ pro uſu interno miſcentur, conſtant ut plurimum ex eſsentiis, tincturis, elixiriis, ſpiritibus, oleis, balſamis.
4. Neque Medici, neque pharmaceutæ, accurate obſervant differentiam, quæ eſt inter tincturam, eſsentiam, & elixirium, ſed adpellationem ſæpe variant, exempli gratia tinctura ſuccini, eſsentia ſucci-

ſuccini, tinctura cort. aurant. eſſent. cort. aurant.

5. Secundum accuratam autem diſtinctionem, ſequente ratione differunt.

1) *Tinctura* dicitur, quando menſtruum colore diaphano, ſive rubro, ſive flavo, ſive viridi, ſive cœruleo tingitur.

2) *Eſſentia* vocatur, quando color eſt opacus, turbidus, bruneus, ater.

3) *Elixirium* adpellantur mixturæ illæ, quæ, vel immediate ſub ipſo mixtionis actu, vel poſt aliquam digeſtionem paulo intimius cœunt. e. g. ſi aliquot guttæ olei cujuſdam miſcenter cum eſſentia quadam, mox ab hac ſolvuntur, & quaſi imbibuntur. Quando autem digeſtioni reponitur talis eſſentia, plus olei imbibere ſolet.

6. Denique etiam notandum eſt, quod mixturæ tales concentratæ, interdum a potiori denominentur, e. g. quando miſcentur, tinct. antim. & ſpirit. c. c. vocamus hanc modo mixturam, Eſſentia mixta Eſſent., modo tincturam narvinam. Ita etiam cum mixtura, ſeu eſſentia balſamica *Stahlii* ſe res habet.

III. *Materia*, & *DOSIS* generalis, & ſpecialis.

1. *Materia*, ſub differentia jam nomitata eſt.

2. *Quantitas* accurata non poteſt determinari.

3. In genere, ultra ℥ ij. non præſcribi ſolent, ſive pro externo, ſive pro interno uſu.

4. *Proportio* miſcendorum, multo minus accurate obſervatur. Poſſumus tamen ſequente ordine incedere, e. g. eſſent. tinct. & elixir. ℥ ß. ſpirituum ʒ. balſam. ol. deſtill. gutt.

5. *Doſis* ſpecialis, ſunt gutt. xx. xxx. xxxx. & ultra.

IV. REGULÆ.

1. Mixturæ, & concentratæ, & diffuſæ, multam communiter vanitatem redolent, dum innume-

ræ fere ſpecies miſcentur ad eruditionis oſtentationem. Hinc cavendum, ne, loco prudentis mixtionis, confuſa miſcellanea congerantur, ſed talia ſeligantur, quæ, quoad eſſentiam, ſibi conveniunt. & morbo ipſi adpropriata ſunt.

*V. FORMULÆ.*

1. *Purgantes.*

1) ♃ Reſin. jalapp. gr. viij.
ſolv. in ſpirit. ceraſ. ʒ iij.
adde julep. roſac. ℥ j.
M. d. S. Mixtura purgans, pro una vice.

2) ♃ Reſ. ſcammon. gr. vj.
ſolv. in ſpirit. fœnicul. ʒ iij.
adde julep. violar. ℥ j.
M. d. S. ut antea.

3) ♃ MR. ſimpl. non camphorat. ℈ iv.
extr. panch. *Croll.* ℈ j.
M. d. ſ. Mixtura laxans, de qua omnibus horis 40. (abſque motione) ſumantur, uſque Medicina operetur.

4) ♃ Eſſent. alexiph. *Stahlii* ʒ ij.
ſpirit. tart. rect. ʒ j.
vitriol. ℈ j.
extr. cathol. ʒ j.
M. S. ut antea.

2. *Diaphoreticæ, alexipharmacæ, bezoardicæ.*

1) ♃ Eſſent. pimpin. alb. ℥ ß.
vincetox. ʒ ij.
ſcord. ℥ j.
ol. bezoar. *WVedel.* ℈ j.
M. S. Mixtura Febrilis 30. guttæ pro una vice.

2) ♃ Eſſent alexiph. *Stahll.* ʒ iij.
ſpirit. vitriol. ℈ j.

M. d.

M. d. 30. gutt. pro doſi.

3) ℞ Eſsent. angelic.
imperator. ana ʒ ij.
dictamn. alb.
carlin. ana ʒ j.
ſpirit. tart. rectif. ℈ ij.
vitriol. ℈ j.
M.

4) ℞ Tinct. bezoard. *Michael.*
MR. ſimpl. non camphor. ana ʒ j. ß.
M.

5) ℞ Eſsent. valerian.
gent. rubr. ana ʒ ij.
MR. ſimpl. ʒ j.
M.

6) Eſsentia diaphoretico-diuretica
℞ Eſsent. alexiph. *Stahll.*
Tinct. antim. tartariſat. ana ʒ j.
ſuccin. ʒ j.
M. doſ. 30. gutt. bis per diem.

7) Item.
℞ Eſsent. pimp. alb.
ſcord. ana ʒ ij.
ſpirit. nitr. dulc. ℈ ij.
M. d. 30. gutt.

8) Item.
℞ Eſsent. alexiph. ℥ ß.
liq. C. C. ſuccinat. ʒ j.
M. pro phlegmaticis.

3. *Diureticæ.*

1) ♃ Tinct. cart.
eſſent. alexiph. ana ℥ij.
M.

2. Tinct. antim. tartariſat. ℥j.
Eſſent. ſuccin. ℥j.
myrrh. ℥ß.
M.

3) ♃ Tinct. tart. acris ℥ij.
ſpirit. C. C. rectiſ. ℥j.
M.

4) ♃ Tinct. ant. tartariſ. ℥ij.
ſal. amm.

5) ♃ Eſſent. lignor.
pimp. alb. ana ℥j.
cort. aurant.
adianth. alb. ana ℥ß.
croci ℈j. M.
S. Mixtura diuretico-tonica, pro phlegmaticis.

4. *Emmenagoga, & partum pellentes.*

1) ♃ Eſſent. myrrh.
ſuccin. ana ℥j.
tinct. antim. tartariſ. ℥ij.
M. d. ſ. eſſentia emmenagoga doſ. 25. gutt.

2) ♃ Eſſent. alexiph. *Stahll.*
millefol. ana ℥ij.
carminat. *Wed.*
elixir. uterin. ana ℥j.
M. S. ut antea.

3) ♃

3) ♃ Eſſent. adianth. alb.
ſcord.
pimp. ana ʒ j.
cinnam.
caſtor. ana ʒ ß.
M. S. ut antea.

4) ♃ Tinct. ſal. tart. acris
mart. aperit. *Ludov.*
ana ℥ ß.
eſſent. croc. ʒ ß.
M. S. ut antea.

5. *Expectorantes.*

1) Eſſent. alexiph. ʒ ij.
ſuccin.
tinct. antim. tartariſat. ana ʒ j.
M.

2) ♃ Tinct. tartar. acris.
eſſent. amar. ana ʒ ij.
ſpirit. ſal. ammon. aniſat. ʒ ß.
M.

3) ♃ Gumm. ammoniac. ʒ j.
galban.
Sagapen. ana ℈ ij.
myrrh.
elem.
carann. ana ʒ ß.
Rad. helen.
pimpin. alb.
angelic. ana ʒ j.

Extrahatur cum ſpir. vini, deinde ſpir. vini abſtrahatur ad extracti formam. Extractum autem ſolvatur in ſ. q. ſpir. ſal. amm. urinoſi. Doſ. gutt. xxx. xxxx. in aſtmate humido.

4) ♃

4) ♃ Eſſent. pimp. alb. ℥ ß.
caſcarill. ʒ ij.
ol. aniſi gutt. iv.
M.

5) ♃ ol. amygdal. dulc. ℥ j.
ſperm. ceti rec. ʒ iij.
liq. C. C. ſuccinat. ʒ ß.
M. agitetur ſuper leni igne.
S. mixtura pectoralis.
Uratislav. hiſt. in metu ſuffocationis.

6. *Adſtringentes.*

1) Tinct. corall. ʒ ij.
terr. catech. ℥ j.
M. ſ. bis per diem 25. 30. gutt.

2) ♃ Tinct. corall. ʒ ij.
eſſent. traumat. *Wedel.* ʒ j.
M.

3) *Externe.* ♃ Spir. vin. Riſſ. ℥ j.
ſpirit. terebinth.
gutt. xx.
M.

7. *Reſolventes, abſtergentes, incidentes, diſcutientes.*

1. ♃ Eſsent. pimp. alb.
ſuccin.
tinct. antimon. ana ʒ ij.
M. doſ. 30. 40. gutt.

2) ♃ Eſsent. alexiph. *Stahll.*
ſuccin.
tinct. ſal. tart. ana ʒ j.
M. S. eſsentia catarrhalis.

3) ♃

3) ♃ tinct. antimon. ʒ ij.
ſpirit. C.C. rect. ʒ j.
M.

4) ♃ Eſſent. lign. ſaſsafr.
pimp. alb. ana ʒ ij.
liq. C.C. ſuccinat. ʒ j.
M.

5) ♃ Eſsent. trifol. fibrin.
angelic.
enul. ana ʒ j.
MR. ſimpl.
Tinct. bezoard. *Mich.* ana ʒß.
M. S. mixtura diſcutiens.

6) ♃ Eſsent. alexiph.
tinct. antim. ana ʒ j. ß.
liq. C.C. ſuccinat. ʒ j.
M.

7) ♃ Tinct. tartar. ʒ ij.
ſuccin. ʒ j.
Balſam. de copaiv. ℈ j.
M. S. MR. abſtergens in iſchuria, doſ. 30. gutt. bis per diem.

8. *Tonicæ, nervinæ, diſcutientes, roborantes, analepticæ, carminativæ, ſtomachicæ.*

1) ♃ Tinct. antimon. tartariſat. ʒ ij.
ſpir. C. C. ʒ ij.
M.

2) ♃ Eſsent. millefol.
adianth. alb.
tinct. martis *Ludov.* ana ʒ ij.
M.

3) ♃

3) ℞ Eſſent. pimp. alb.
cort. caſcar. ana ℥ ij.
ſpirit. ſal. amm. ℥ j.
M.

4) ℞ Tinct. mart. elleborat.
*Wedel.*
eſſent. carminat. ejuſd. ana ℥ ij.
M.

5) ℞ Eſſent. gent. rubr.
abſinth.
cort. aurant. ana ℥ j.
macis ℈ ij.
M.

6) ℞ Eſſent. cort. citr.
aurant. ana ℥ ij.
ol. deſtillat. fœnic. gutt. xij.
M.

7) ℞ Eſſent. ſuccin.
Tinct. antim. ana ℥ ij.
ſpirit. C.C. rectif. ℥ j.
M.

8) ℞ Eſſent. cort. citr.
carminat. *VVedel.*
ana ℥ j. ß.
ſpirit. ſal. ammon. anis ℈ ij.
tart. ℈ j.
L. S. *mixtura anticolica*,
gutt. 30.

9) ℞ Tinct. nitri cum reg. antimon. martial.
fixat. ℥ ij.
ſpir. C.C. mediocriter

dephlegmati, probe tamen rectific.
liquor. CC. ſuccin. ana ʒ j.
M. vid. num. 1.

10) ♃ Eſſent. pimp. alb. ʒ ij.
millefol. ʒ ij.
caſcarill.
ſpirit. ſal. ammon. ana ʒ j.
M. S. mixtura hypochondriaco-hyſterica.

11) ♃ Tinct. tart. ʒ ij.
ſpir. ſal. ammoniac.
M. S. tinctura tonica, vid. num. 1.

12) ♃ Tinct. antim.
liq. C. C. ſuccinat. ℈ ij.
M. vid. num. 1.

13) ♃ Eſſent. abſint. compoſ.
cent. min. ana ℥ j. ß.
ſpirit. aniſi
nitri ana ℈ ij.
tinct. corall. ʒ j.
M.

14) ♃ Eſſent. dulc.
cinnam. ana ʒ j.
ambr. ʒ j.
tinct. corall. ʒ ij.
M.

15) ♃ Tinct. vitriol martialis *Zwelff.*
liq. terr. fol. tartar. ana ℥ ß.
elix. vitrioli *Mynſicht.* ʒ j.
M.

16) ♃ Eſſent. gent. rubr.
myrrh.

cort.

cort. caſcarill.
lign. aloes
caſtor. ana ℥ j.
MR. ſimpl. ℥ ij.
M.

17) *Mixtura reſolvens antivenerea.*
℞ Eſſent. lign.
pimp. alb.
eſſent. ſuccin. ſine alcal.
ana ℥ j.
ſpirit. terebinth.
balſam. de Copaiv. ana ℈ ß.
M.

18) *Mixtura reſolvens antiſcorbutica.*
℞ Tinct. antimon.
vitriol. martial. *Ludov.*
eſsent. trifol. fibrin. ana ℥ j.
M.

9. *Mixturæ concentratæ externe adhibendæ.*

1) *Mixtura balſamica Stabllii.*
℞ Eſsent. myrrh. ℥ ij.
ſuccin. ℥ j.
ol. terebinth.
balſ. de Copaiv. anna gutt. iij-iv.
M.
S. Mixtura Balſamica, in plagis carnoſis adhibenda.

2) Eſsent. ſuccin. ℥ ij.
gumm.
maſtich.
myrrh.
ana ℥ j.
ſpirit. terebinth. gut. xxx.

M. S. Mixtura balſamica, in læſione partium exſanguium adhibenda.

3) *Mixtura odontalgica.*

℞ Tinct. odontalg. *Myrſicht.* ʒ ij.
Eſſent. lign. guajac. ʒ j.
M. cum goſſypio denti adplicetur.

4) *Mixtura nervina.*

℞ Spir. vin. camph. ℥ j.
lumbr. terreſtr.
formicar. ana ℥ ß.
ſerpill. abſtr. ℥ j.
eſſent. caſtor. ʒ ij.
M.

5) *Mixtura reſolvens.*

℞ Eſsent. myrrh.
ſpir. vin. camph. ana ℥ ß.
tinct. aloes ʒ ij.
theriac. *Androm.* ʒ j.
ol. cinnam. ℈ j.
M. in gangræna.

6) ℞ Spirit. theriac. camph.
vin. camph. ana ℥ ß.
Eſsent. ſuccin.
Spir. terebinth. ana ʒ j.
M. in punctura tendinis.

7) ℞ Aquæ apoplect. *Lang.*
Reg. Hungar. ana ℥ ß.
ſpirit. vin. camph.
ſal. ammon. rectif. ana ʒ ij.
ol. deſtillat. fœnicul. ʒ ß.
M. adplicetur cum linteo.

8) ♃ Spir. lubr. terr.
eſsent. caſtor.
croc. ana ʒ j.
ol. deſtillat. N. M. gutt. vj.
M. adplicetur perinæo ad incontinentiam urinæ.

9) *Mixtura reſuſcitans, in apoplexia, lipothym.*
♃ Spirit. lilior. convall.
Aq. Hungar. ana ʒ ij.
ſal. volat. urin. ʒ j.
ſuccin.
armon. ana ʒ ß.
M. naribus admoveatur, & pulſibus.

10) ♃ Spir. vin. alcohol. ʒ ij.
ſpir. C. C. rect.
eſsent. caſtor. ana ʒ j.
ol. deſtillat. ling. Rhod.
gutt. iij.
M. in lipothym. & ſyncope.

11) *Mixtura errhina, & ptarmica.*
♃ ſpir. Sal. amm. rectif. ʒ ij.
aq. Hung.
eſsent. caſtor. ana ʒ j.
M.

12) *Mixtura ad ſtomachum.*
♃ Spirit. cochlear. ℥ ß.
eſsent. ſuccin. ʒ iij.
myrrh. ʒ ij.
tinct. gumm. lacc.
ſanguin. dracon. ana ʒ j.
M.

13) *Mixtura topica, in arthritide, & tumoribus inflammator*, alias vocatur *ſapo chemicus*.

℞ Sal. tart. ℔ j.
antim. crud. ℔ ß.
$\frac{1}{4}$
vener. - ℔.

Funde ad ſcorias; (NB. non debet fieri regul.) ſcorias nondum refrigeratas tunde, & imbibe ol. juniperi, vel terebinth. q. ſ. ad conſiſtentiam pulmenti. Tum adfundatur ſpirit. vini R. bis, vel ter repetendo infuſionem, & denique aliquam ſpiritus partem abſtrahendo, ut bene ſaturata, & ſpiſſa tinctura, (impropriæ ſapo dicta) ſuperſit. Uſus eſt externus; quidam interne ad tuſſim commendant; doſ. gutt. xxx.

TABU-